

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Sebastiani Castellionis Sacrorum Dialogorum Libri
Quatuor, Quos Postremo Ipse Recognovit: Argumenta
Singulis Dialogis Praeposuit, Et Sententias Sublicit ...**

Châteillon, Sébastien

Francofurti, 1761

VD18 12886300

Salomo.

urn:nbn:de:gbv:45:1-18303

quam habeo, impositum, deducite Gehoneim dilux
eumque ibi tu, Sadoce, & tu Nathan, Regem adve
Israelitarum ungitote: tum tuba clangitote, ita et
Salomonem Regem salutatote. Deinde vobis se M. I.
quentibus ipse venito sessum in folio meo, p
me regnaturus. Hunc enim tum Israelitarum, tum
Judæorum Imperatorem esse jubeo. N. Fax
Jova Deus tuus, domine Rex, ut quemadmodum
tibi adfuit, sic adsit etiam Salomonis, ejusque so
lium etiam supra Davidicum extollat.

SENTENTIA.

Sapientioris consilium sequi, sapientia est.

SALOMO. I Reg. 3.

ARGUMENTVM.

Duarum meretricum litem, de oppresso
per somnum alterius infante contendentium,
dirimit Salomo divina sapientia.

Meretrix, Salomo, Altera Meretrix.

Tuam fidem imploro, o Rex! audi me pauci
sper. S. Quid novæ rei est? loquere. All
Ego & hæc mulier in eadem domo agimus, &
utraque peperimus: sed ea triduo post me. Cum
que domi essemus, neque quisquam præterea ad
esset, mortuus est ejus filius noctu, ut forte incu
buit ei. Itaque media nocte surrexit, & surre
ptum meum filium, qui meo lateri accubabat
supposuit sibi: suum autem mortuum mihi, me
dormiente. Mane ubi me erexit, maminam in
fanti datura, video mortuum. Hic ego, cum jam
dilu-



honem diluxisset, dum eum diligenter contemplor, anim-
Regem aderti non esse eum, quem pepereram. *A.* Non
ote, ita est, quin meus est, qui vivit: tuus, qui interiit,
obis se. *M.* Imo vero tuus mortuus est, meus vivit. *A.*
eo, pr. *M.* Non enim vero mentior, sed dico,
am, tun quod res est. *S.* Utraque suum esse affirmat
V. Fax cum, qui vivit, de mortuumque repudiat. Cedo
modur huic mihi tu cultrum, partimini aequaliter puerum
sque fo viventem, & date utriusque dimidium. *M.* Obse-
ero te Rex, detur ei potius totus, quam intereat.
A. Nec meus esto, nec tuus: placet dividi me-
dium. *S.* Eum adjudico priori, quæ perimi yet-
tat: nam ea mater est.

SENTENTIA.

*Ad plerasque lites dijudicandas opus est divina
sapientia. Judici multa simulanda sunt, ut sapien-
ter judicet. Et verum & fidem amorem res ipsa
detegit.*

ROBOAMVS. I Reg. 12.

ARGUMENTVM.

Roboamus repudiato senum sano consi-
lio, juvenum insanum consilium sequitur,
de opprimendo majori insuper servitute
populo, quam ipsius pater Salomo oppres-
serat.

Roboamus, Senes, Juvenes.

*P*etiit a me universum Israëlitarum vulgus, ut,
quoniam meus pater jugo eos pressisset, ego
illius servitutis gravitatem levarem: se enim ita
demum

